Vocabularius juris utriusque

Strassburg: [Georg Husner], 27 May 1500 Seite 39



Etiam breuiloqua est illa substitutio qua substitutiõis vnius psone ad aliã fit repetitio. Itẽ breuiloqua illas tot ꝛ eodẽ mõ significat substitutiones. vt significant eius verba vel queuis aliũde sumpta significata. Et dicit breuiloqua. id est breuibus verbis fit ꝛ breuibus verbis compꝛhẽdit plures substitutiões. vt no. Accur. ꝛ Bar. ff. d vul. ꝛ pu. substi. de hoc vide infra. Substitutio breuiloqua.

Brocartica materia dicit q̃ ẽ ꝯtrariarũ opinionũ rõnib9 inuoluta.

Brutus dr quasi obrutus. qꝛ sensu caret. et est sine ratione ꝛ prudentia fm Isid. vnde brutire. i. infatuare.

Bubulus est magnus et siluestris bos. sed buculus est paruus bos.

Bucus ẽ garrulus qui ceteros oris loquacitate nõ sensu supat. fm Isid.

Bulla est signũ pape vel lr̃a quã dat papa. vel ornamentũ regale.

## De Caducum legatis

Caducum legatũ fm Azo. in sũ. C. de cadu. tollen. est qd deficit post mortẽ testatoris quacũq3 rõne. Et qꝛ q̃busdã modis ꝛ rõnib9 iniquis. ꝛ olim legata fiebãt qñq3 caduca. ideo lex ponit vnã rubricã d cadu. tollẽ. Et differũt p nõ scriptũ quasi caducum. ꝛ vere caducũ. vnde legatũ p non scriptũ est qñ legat alicui dãnato in metallu3 vel nõ existẽti in rerũ natura. puta nõ noto. q̃si caducũ ẽ qñ non oĩno cadit. Sed vere caducu3 est seu dr qñ legatarius vixit post mortẽ testatoris. ꝛ supuenit ei ꝯditio ꝑpter quã efficitur incapax legati. S3 in alio casu legat illi qui est in rerũ natura sed morit ante mortẽ testatoris. Primũ accrescit sine onere. Scd̃a duo cũ onere.

Calcitrosus equus est q̃ solet calce ferire. i. pedib9 retro se ꝑcutere.

Calculator fm Isido. dr a calculis. i. lapillis minutis q̃s antiq̃ in manib9 habuerũt cõponendo numeros.

Calculus. i. cõput9. C. d erro. cal. l. vna. Itẽ id ẽ cause cognitio ꝛ enũeratio. vt. C. de iudi. l. rem nõ nouã. Item. i. sen tentia diffinitiua. C. de ap. si actor. vide al. quid d calculo de fide instru. cũ dilectus.

Calumnia fm Hostien. in sum. ẽ cum quis ex certa scientia iniuste agit vl' resistit. ff. ad turpi. l. j. §. calũniari. Uel ẽ petitio iniusta ex certa scientia in iudicio facta. et iuste petitioni iniusta responsio. vel est falsa criminis impositio. ff. de v̄bo. signi. l. j. in ꝑn. et l. si q̃s calumniet.

Calamitas ẽ infelicitas vl' miseria q̃ euacuat omĩ bono. vel ẽ pena vel labor imẽsus.

Calũniator ẽ q̃ scienter alicui falsa crimina imponit vexandi occasiõe. Uel fm Isido. Calũniator a calũniãdo id ẽ frustrãdo vel decipiendo dict9 est. Et inde dr iuramentũ calũnie sc3 vitãde. Et ẽ assertio vere petitionis vel repulsiõis fm Hos. cũ quis iurat se bona fide ꝛ nõ calũniãdi aĩo causa3 mouisse. vel ꝙ venerit ad reluctandũ putãs se bona iusticia vti. C. de iura. calum. l. ij. §. j. Et habet quinq3 capitula. vt. c. j. eo. ti. vbi versus dicit. de h in glo. Et q̃ calũniose accusat debet officio ꝛ bñficio ꝑuari ꝛ in exilium deportari. c. j. ꝑall. Idem no. Cy. in. l. sciuerit. de excu. tu.

Calũniari fm Azo. in sum. C. de calũ. est falsa crimina sciẽter intẽtare ꝛ alicui opponere vl' imponere. Et ex eo ꝙ quis nõ probauit crimẽ calũniari videtur. licet tex. videatur sonare in ꝯtra. ꝙ talis nõ sit calũniat9. ij. q. iij. §. notandũ. vbi dr. calũniari ẽ falsa crimina intẽtare seu intẽdere. Preuaricari v̄o crimĩa abscõdere. Tergiuersari in vniuersum ab accusatõe desistere. Sed nõ vtiq3 q̃ nõ ꝑbat qd intẽdit calũniari ꝑtin9 videt similis tex. in. l. j. ff. ad senatuscõ. turpil.

Cancellarius nomẽ accepit a cancellando. Cãcellare enĩ est linea3 ducere vel dãnare. vñ lr̃a vl' scriptura q̃ damnat cũ linea per mediũ ducta dr cancellata. Et inde dr cancellari9 cui9 officiũ ẽ rescripta vl' respõsa imperatoris ꝛ mãdata inspicere ꝛ male scꝑta cãcellare. ꝛ bñscripta cum signaculo suo signare ꝛ sigillũ eis impꝛmere. Inde etia3 venit archicancellari9 q̃si ꝑnceps cancellarie fm Azo. ĩ sum. Differũt tñ cãcellare ꝛ suppũctare. quia cãcellare ẽ lr̃a3 linea p mediũ ducta dãnare. S3 suppunctare est lr̃as pũctis sup positis dãnare.

Calliditas. Reqre infra dolus malus. Est enĩ calliditas dolus adhibitus tacẽdo. vt no. ff. de do. ma. l. j. in glo. Inde callid9. id est fallax vel astutus.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-556/0039
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG